

Seneca ad moralis Philosophi de quattuor Virtutibus libellus feliciter Incipit.

**Q**uartuor virtutum species/ex multis sapientum sententiis/definite sunt. quibus humanus animus cōponi ad honestatem vite possit. Prima est prudētia. Secunda magnanimitas. Tertia otinētia. Quarta iustitia. Siquidem igitur his officiis/que subter annexa sunt/bonum ac bene moratum virum perficiunt.

Capitulum primum de Prudētia.

**Q**uis ergo prudētiā sequi desideras/tūc per rationē recte viues/si ūnia prius existimes/et penses. et dignitatē rebus/non ex opinione multorum/ sed ex eaz natura ostiucas. Nā scire debes/quia sunt que vident̄ bona esse/et nō sunt. et que vident̄ nō esse bona/et sunt. Necunq; aut̄ ex rebus transitoriis possides/non mireris nec magni existimes/ quod caducum est. nec apud te que habes tanq; aliena seruabis. sed p te/tāq; tua et dispenses/et utaris. Si prudētiā appetiſſeris/vbiq; idem eris. et p ut rerū ac temporū varietas exigit/ita te accōmodes temporū. nec te i aliq; b̄ mutes/ sed poti⁹ aptes. sicut man⁹ q eadem ē. et cū in palmā extendit/ et cū in pugnū astringit. Prudētis propriū est examinare cōſilium. et nō cito/faci credulitate ad falsa prolabi. De dubiis vero nō definias. sed suspensam tene sententiā. Nihil inexper-tū affirmes. quia nō omne quod verisimile ē/statim et verū est. sicut et sepius/quod incredibile videt: nō cōtinuo falso ē. Crebro siquidem facie mendacii veritas retinet. crebro mendaciu/facie veritatis occultat.

Nam sicut aliquotiens frontem tristez amicus induit / et blandam adulator ostendit / sic verisimilitudine coloratur falsitas / et ut fallat vel subripiat conatur.

Si prudens esse cupis / in futura prospectu intende et que possunt contingere / animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subiectum sit. sed totum ante prospicies. Nam qui prudens est / non dicit / hoc non putauit fieri. quia non dubitat / sed expectat / nec suspicatur / sed cauet. Cum iusquaque facti causam require / cum initia inuenieris / exitum cogitabis. Scito in quibusdam perseverare te debere quia cepisti. quedam vero nec incipere. in quibus videlicet perseverare sit noxiū. Prudens fallere non vult. falli non poterit. Opiniones tue iudicia sint. cogitationes vagas / et velud somno similes non recipies. quibus si animū tuū oblectaueris / cum omnia disposueris / tristis remanebis. sed cogitatio tua stabilis / et certa consistat. siue deliberet / siue querat / siue contempletur / non recedit a vero. Sermo quoque tuus non sit inanis. sed aut suadeat / aut moneat / aut dissolvet / aut precipiat. Lauda parce. vitupera partius. Similiter enim reprehensibilis est nimia laudatio / ut immoderata vituperatio. Illa quidem adulacione / ista malignitate suspecta est. Testimonium veritati / non amicitie / redas. Cum consideratōe permittas. et plusquam misericordia postula.

Si prudens est animus tuus / tribus temporibus disperset. Presentia ordina. futura punit. posterita recordare. Nam qui nihil de posterito cogitat / obliuiosus et fatuus appellatur. Qui nihil de futuro premeditat / in die in cautio incidit. Qui presentia non disponit / turpe ducit vitā. Preponit autem in animo tuo et mala futura. et bona. illa ut sustinere possis. ista moderari. Non semper in actu sis. sed interdum animo tuo requie dato.

et requies ipso plena sit sapientie studius / et cogitatio  
nibus bonis. Prudens enim nunquam ocio marceret. Animus  
aliquam remissum habet. solutum nunquam. Accelerat tarda.  
perplexa expedit. dura mollit. ardua exequat. aspe  
ra temperat. Scit enim quid / qua via aggredi debeat. et  
cito singula / et distincte cuncta videt consilia peritorum.  
Ex apertis / obscura estimat. ex parvulis / magna. ex  
proximis / remota. ex partibus / tota. Non te moueat  
dicentis autoritas. nec quis sit / sed quid dicat / inten  
dito. Nec quam multis / sed quibus placeas / cogita. Id  
quere quod potest inueniri. id opta quod potest opta  
ri. id disce quod potest sciri. Nec altiori rei te imponas.  
in qua statim tibi / tremendum / descendenti / cadendum sit.

Tunc consilia salutaria aduoca / cum tibi alludit vi  
te prosperitas. et tunc te velut in lubrico retinebis / ac  
sistes. nec tibi dabitis impetus liberos. sed circumspecies  
quo eundum sit / et quousque.

Capitulum secundum de Magnanimitate.

**M**agnanimitas vero que et fortitudo dicitur / si  
insit animo tuo / cum magna fiducia viues liber  
intrepidus / alacer. Magnum animi humani bonum  
est / non tremere. sed constare sibi et finem vite intrep  
idis expectare. Si magnanimus fueris nunquam iudi  
cabis / tibi contumeliam fieri. De inimico dices / non  
nocuit mihi. sed animum nocendi habuit. Et cum illum  
in potestate tua videris / vindictam putabis / vindic  
are potuisse. Scito enim / honestum et maius vindic  
te esse genus / ignoscere. Neminem susurro appetas  
neminem suffodi as. Nam egredere. Non geres con  
flictum / nisi indixeris. Nam fraudes et dolii imbecil  
lem decent. Eris magnanimus / si pericula nec appe  
cas / ut temerarius / nec formides / ut timidus.

Nā nū timidū facit aīz/nisi rep̄hēsibilis vite osc̄etia  
Capitulum tertium de Continentia.

**Q**uoniam vero si diligis/circumcidē superflua  
i in artum desideria tua constringe. Considera  
tecum. quantū natura poscat. non quantū cupiditas  
expectat. Si continens fueris/vsq̄eo peruenies/vt  
tripso contentus sis. Nam qui sibi p̄i satis est/cū di  
uitiis natū ē. Imponē cōcupiscentie frenū. Omnia  
que sunt blandimenta/i q̄ occulta voluptate trahunt  
animū/reiice. Ede citra saturitatē. bibe citra ebrie  
tatem. Obserua ne in conuiuio/nec in qualibet vite cō  
munitate/ quos imitaberis/damnare videaris. Hec  
presentibus deliciis inhēberis. nec desiderabis absen  
tes. Victus tibi ex facili sit. nec ad voluptatem / sed  
ad cibum accede. Palatum tuum fames excitet/non  
sapores. Desideria tua paruo redime. quia hoc tantū  
curare debes/vt desinant. Atq̄ ita quasi ad diuinum  
exemplar compositus/a corpore ad spiritū quantum  
potes adducere festina. Si cōtinentie studes/habi  
ta/nō amene/sed salubriter. Hec dñm velis esse notū  
a domo. sed domū a dño. Non tibi ascribas quod nō  
eris. s̄z quod es. nec maior q̄ es/videri velis. Hoc ma  
gis obserua / ne qua paupertas tibi immunda sit nec  
parsimonia sordida. nec simplicitas neglecta. nec leni  
tas languida. Etsi res tibi exigue sunt/nō sint tñ an  
guste. nec tua defleas. nec aliena mireris. Si ostine  
tiā diligis/turpia fugito. anteq̄ accident. Ne quēq̄  
aliū vereberis plusq̄ te. Omnia tolerabilia/p̄ter tur  
pitudinem/crede. A verbis quoq̄ turpib⁹ abstinet  
quia licentia eorum impudentiam nutrit. Sermo  
nes magis utiles/q̄ facetos/i affabiles ama. rectos  
poti⁹/q̄ obsecūdātes. Atq̄ iscebis interdū seruīs iocos

sed temperatos / ac sine detrimēto dignitatis / et verecū  
 die. Hā reprehensibilis risus est / si nō modicus / si pueri  
 liter effusus / si multebricer fractus . Videlicet hominē  
 facit risus / si est / aut superbus / aut elatus / aut malignus  
 aut furtius / aut alienis malis euocatus . Si ergo tēs  
 iocos exigit / in his quoque te cū dignitate sapiētie ge-  
 re . vt te nec grauer quicquid tamquam asperū / nec contemnat  
 tamquam vilē . Nō erit scurrilitas tibi . sed grata urbanitas  
 Sales tui sine dente sint . ioci sine vilitate . risus sine  
 cachinno . vox sine clamore . incessus sine tumultu . Qui  
 es tibi erit sine desidia . et cū ab aliis luditur / tu sancti  
 aliquid honestius tractabis . Si continentur es . adulati-  
 ones evita . sitque tibi tamquam turpe laudari a turpis / quod  
 si lauderis ob turpia . Letior esto quotiens displices  
 malis . et malorum de te estimatōes prauas / verā tui lau-  
 dationē ascribe . Difficilimū continentie opus est / assen-  
 tatōes adulatorum repellere . quoque sermones / aim qua-  
 dā voluptate resoluunt . Nullus per assentationē amici-  
 tiā merearis . nec ad tuā grām promerendā / per hanc  
 aditū aliis pandas . Nō eris audax . nō arrogās .  
 summittes te / nō pūicies grauitate servata . Admone-  
 beris libenter . reprehenderis patienter . Si merito obiur-  
 gabit te aliquis / scito / quā profuit . si immerito / scito / quod  
 podesse voluit . Nō acerba / sed blanda verba timebis .  
 Esto virtuoz tuoz fugax ipse / alioque vo neque curiosus sis  
 explorator / neque acerbus reprehensor / sed sine exprobra-  
 tōe corrector . ita ut admonitionē hilaritate puenias  
 et errāti facile veniā dato . Nō extollas quemque . nec de-  
 licias . Dicentiū esto tacitus auditor / audiētiū proprie-  
 receptor . reqrenti facile rīnde . ostendēti facile cete . nec  
 iurgia / nec in disceptatōes descēdas . Si continentur es  
 et ai tui / et corporis motus obserua . ne indecori sint .

Nec ideo illos contemnas quia latent. Nam nihil refert si nemo videat cum tu ipse illos videas. Adobilis esto non leuis. constans non pertinax. Alicuius rei scientiam te habere nec ignotum sit nec molestum. Omnes tibi pares facies si inferiores superbiendo non contemnas. superiores recte vivendo non timeas. in reienda officiositate neque negligens: neque exactor appareas. Eunctis esto benignus. nemini blasphodus. paucis familiaris. omnibus equus. seuerior esto iudicio. quod sermone. vita. quod cultu. cultor clementie. segnitie detestator. bone fame neque tue seminator. neque alieno iniurio Rumoribus. criminibus. suspicitionibus minime sis credulus. sed potius malignis qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subrepuit. expositissimus. Ad iram tardus. ad misericordiam propensus. in aduersis firmus. in prosperis cautus et humilis. Occultator virtutum sicut alii vicior. Vane glorie contemptor. et bonorum quibus preditus es non acerbus exactor. Nullius imprudentiam despicias. Rari sermonis ipse sis. sed loquentium patiens auditor. Seuerus ac serius. sed hilares non aspernaris. Sapientie cupido et docilis. Que nosti sine arrogancia postulati imperties. quod nescis sine occultatione ignorantie tibi postula impetrari.

Capitulum quartum de Iustitia.

**I**ustitia post hec opus est. Quid autem est Justitia nisi nature tacita concordatio in adiutorium mulierum inuetarum? Et quid est iustitia nisi nostra constitutio? Vel est divina lex et vinculum societatis humane. In hac vita non est quod estimemus quid expediat. Expediet quicquid illa dictauerit. Quisquis ergo iustitiam sequi desideras time prius deum et amar. ut ameris a deo. Amabis enim deum si illum in hoc imitaberis/

ut velis omnibus prodesse . nulli nocere . Et tunc te  
 virum iustum appellabunt omnes . sequentes venera-  
 buntur / et diligent . Justus enim ut sis / non solum no  
 nocebis / sed et inocentes prohibebis . Nam nihil noce  
 re / non est iustitia . sed abstinentia mali . Ab his ergo  
 incipe / ut non vi auferas . et ut ad maiora puebaris /  
 etiam ablata restitas . raptioresq; ipsos ( ne aliis ti  
 mori sint ) castiga / et cohibe . Ex nulla vocis abigui  
 tate / controuersiam nectes . sed animi qualitatem spe  
 culare . Nihil intersit tibi an firmes / an iures . De reli  
 gione et fide scias agi / vbi cunq; de virtute et veritate  
 tractatur . Nam si deus in iure iurando non inuocet /  
 etiam non inuocanti testis fit . Tamen non transeas ve  
 ritatem . nec iusticie transeas legem . Qd si aliquando co  
 arteris uti mendacio / utere non ad falsi / sed ad veri  
 custodiam . Et si contigerit veritatem mendacio redi  
 mi / non mercieris . sed potius te excusabis . quia ubi  
 honesta causa est / iusluis secreta non prodit . Tacenda  
 enim tacet . loquenda loquitur . Atcq; ita / aperta pax e  
 illi / secura tranquillitas / duz alii malis vincuntur / ab  
 illo mala . Hoc ergo si studere curaueris / letus et in  
 trepidus / cursus tui finem expectans / prospicies tri  
 stiam huius mundi hilaris . tumultuosa . quietus . ex  
 trema securus . His ergo institutionibus / be quiet  
 tuor virtutum species perfectum te facient virum / si  
 mensuram rectitudinis earum / equo viuendi fine ser  
 uaueris .

### Capitulum quintum de recessu a prudentia .

**I**m prudentia si terminos excedat suos / callidq;  
 et pauendi acuminis eris inuestigator latentium /  
 et scrutator qualumcunq; noxarum ostenderis . Ho  
 taberis inuidus / suspiciosus / semper aliquid timens /

aliquid querens/ aliquid semper cōuincens. Et si sub  
rillissimas suspitiones tuas ad deprehensionem impī  
guas alicui⁹/ mōstraberis dīgito astutia plenus/ ver  
sipellis/ ⁊ simplicitatis inimicus contemptorq⁹ culpa  
rum. Et postremo a cunctis vocaberis uno nomine  
malus homo. Ad hās ergo maculas prudentia immo  
derata perducet. Quicq⁹ in ea mediocri lance per  
sistit/nec obtusum in se aliquid habeat nec versutum.

Capitulū. vi. de recessu a fortitudine.

**M**agnanimitas autem si extra modum suum se ex  
collat/ faciet hominem minacem/inflatum/turbi  
dum/inquietum/ ⁊ in quascunq⁹ excellentias dīctorū  
factorumq⁹ neglecta honestate festinum. Suis momen  
tis omnibus supercilia subrigens/ vt bestia/ quieta ex  
citat/ alium ferit/ alium fugat. Sed quis audax sit im  
pugnator/ tamen multa extra se ferre non poterit. sed  
aut miserum appetit finem/ aut erumnosam sui memo  
riaz derelinquit. A mensura ergo magnanimitatis ē  
nec timidum esse hominem nec audacem.

Capitulū. vii. de recessu a temperantia.

**D**ontinentia deinde his terminis te astringat. Ca  
que ne parcus sis. ne suspiciose ⁊ timide manum  
contrahas. ne in numis quoq⁹ speculū ponas. Talis  
nanq⁹ ⁊ tam circumcisā vulis putabitur integritas⁹.

Hac ergo mediocritatis linea/ continentiam obser  
uabis/ vt nec voluptati deditus/ prodigus/ aut luxu  
riosus appareas/ nec auara tenacitate/ sordidus aut  
obscurus existas.

Capitulum. viii. de recessu a iustitia.

**I**ustitia postremo hoc mediocritatis itinere re  
genda ē/ ne ductu iugiter leni/ immotam semper  
animi rationem negligentia subsequatur/ dum neq⁹ de

magnis / neqz de minimis errantū viciis corrigit  
 curam geris. sed neqz licentiam peccandi alludentib⁹  
 tibi blande ac illudentibus permittas / neqz rursus nī  
 mia rigiditate ⁊ asperitate nihil venie aut benignita  
 ti reseruans / hūane societati durus appareas. Ita  
 ergo iustitie regula tenenda est / vt reuerentia discipli  
 ne eius / neqz nimia negligencie communitate respecta  
 vilescat / neqz seueriori atrocitate durata gratiā hu  
 mane amabilitatis amittat. Si quis ergo vitā suā  
 ad utilitatem / non tantum propriam / sed etiam mul  
 torum desiderabiliter ascisci desiderat / hanc predicta  
 rum virtutum formulam pro qualitatibus temporū  
 locorum / personarum / atqz causarum / eo medietatis  
 tramite teneat / ne quodam medicullio summitatis / as  
 centēs quasi per abrupta altrinsecus precipitia / au  
 ruentem compos ipse deuitet insaniam / aut deficiente  
 puniat ignauiam.

Prudenterissimi Senecē opusculum de quattuor vir  
 tuibus / Finit feliciter.  
 Finis.



CONTE

Mercurij Tr  
flare dei.

Euldem N

Crater H

Petri Port

L E

Accipe de

Sume

Hermen'

Et que

Landolsim

Quos

Vellis hic

Vera


Hic qui

Hic

Infuper

Nec


V



# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



## TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A 1	A 2	A 3	A 4	A 5	A 6	A 7	A 8	A 9	A 10	A 11	A 12	A 13	A 14	A 15	B 17	B 18	B 19
-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	-----	------	------	------	------	------	------	------	------	------

